



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Res in Polonia à Canisio gestæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

adstrictum Imperio; atq; adeò nec suæ potestati fore, vt à Cæsare vocatus accurreret, nisi postquam Pontificia mādata consecisset. Existimetur hinc quanta esset viro cura perfecti, exactiq; in omnes partes obsequij. Quin adeo vt noxam corrigeret quoniam ipsi copia non fuit, Viennensis Collegij Rectori mandauit, vt cum primum Cæsarem conueniret, explicaret ei plane, & candide totam rem. Deniq; & apud Præpositum Generalem per literas erratum professus dolēter veniam, ac pa-

*Moritur The-
odoricus Vi-
enna.*

nam supplex orauit. Carissimum inter hæc Comitem peregrinationis suę Theodoricum æruncarumque vnicum leuamen amisit. Ipsiis Octobris Kalendis in Viennensi Collegio ex morte decessit: cuius laudes nō est hic locus recensend. Erat, inquit Canisius, vita innocēs, moribus plū conuersatione blandus, studiis acer: quemadmodum Dei seruum decebat, male mori nō potuit. Angelos ei sub extrema viso salij prodidere.

*Res in Polonia
à Canisio ge-
stæ.*

Hoc ille dulcissimo orbatus subsidio, eiusdem in locum Dominico Mengino sumpto, iter in Polonię quinto Nonas Octobris repetiit, nonoq; inde die regiam Polonię urbem Cracouiam attigit. Ibi conuenit Antistitem: iamq; fama no-

tus haud sine autoritatis pondere egit cum eo de
religionis tutela. In certum etiam diem in uitatus
ad latinè dicendum in per frequenti, doctaq; con-
cione ex Clero maxime, & Academicis, modeste,
& grauiter, quæ visa è re sunt, pro religione dis-
se ruit approbatione magna. Nunc primum incla-
re scere Societatis nomen per Regnum Poloniæ
coeptum est. Namq; Salmeron, qui quadriennio
ante adierat, celeri tantū excursu ostenderat se se.
Canisius & hæsit diutius, & publicum industræ
specimen multifariam edidit: aliaque, quæ proti-
nus exequemur, orsus est. Qui Pontificium Nun-
tium sequens, Cracouia digressus Louitium ad
Nicolaum Dzergouium Archiepiscopum Gnes-
nensem, Regni Primatem venit iam decrepitum
senem. Multa cum eo vltro citroq; collata, quæ
ad instantia attinebant Comitia. Societatem Ar-
chiepiscopus, vt in Poloniæ Regnum introduce-
ret, acturum cum Rege vltro recepit: seq; ei Col-
legia duo, Gnesnè vnum, Posnaniæ alterum con-
diturum. Status religionis sane malo erat loco, &
prolabebatur assidue in peiorum nihil non mo-
uentibus nouorum sacrilegiorum Magistris. Ap-
parebat tamen in populo religiosa indeoles præ-
Amar religio-
sam indolem
Polonorum.

V fer-